

ADNOTATIONES QUAE DAM CIRCA TITULUM MARIA, MATER ECCLESIAE.

Congregatio generalis diei 17 septembris 1964.

Venerabiles Patres: ego quidem, non tantum nomine meo, sed nomine Episcoporum plus quam 40 Americae Latinae praeside Eminentissimo Cardinali Silva Henríquez, Sti. Iacobi de Chile, laudibus maximis cumulare Commissionem Theologicam cupio propter viam mediam quam in adaptando schemate de Beata Virgine tanquam capite ultimo de Ecclesia sequuta est.

Assentio quidem quibusdam mutationibus hac in Aula prolatis; sed schema in genere, quod est fructus humilis, patientis necnon fidelis laboris, servandum esse omnino putamus, ne iterum Nos Patres Conciliares divisi coram universo Orbi adhuc videamur.

Ideo magni pretii mihi videtur quaedam dubia dissipare circa maternitatem spirituales B.M.V.

In primis certum est in schemate pluries et sufficientes Maternitatem spirituales extolli: p.201, lin.19s "Maria... uti mater discipulo, fidelium figurae data est" legitur, etsi iure Cardinalis Bea dubium excitaverit circa verum sensum textus.

In p. 202, lin. 7 Mariae maternum munus asseritur et explanatur.

In ipsa p. 202, lin.20 "tamquam Mater Dei et Mater hominum" dicitur "praedestinata", et paulo infra additur: "mater nobis in ordine gratiae existit". "Eius autem (ibidem, l.31s) in gratiae oeconomia maternitatis indesinenter perdurat".

Haec quidem doctrina traditionalis prorsus est et a nemine in dubium vocatur, ideoque ab uno schemate in aliud servata est.

Quid vero dicendum de titulo "Matris Ecclesiae"?

Primo quidem verum est hanc denominationem certo quodam sensu et genere litterario admitti posse. In p. 198, lin.6-8, e.gr. non inmerito dicitur: "eamque (Virginem Mariam) Catholica Ecclesia... filiali pietatis affectu se prosequi semper professum est" (quidam episcopi optarent dicere "prosequitur"

Secundo. Sed si pressius adhiberetur et intimius inquiritur, tunc aperte dicendum est: Titulus "Maria, Mater Ecclesiae", titulus est nimis alienus a traditione orientali et nimis recentis usus ut possit locum habere in Constitutione Conciliari quocumque modo dogmatica.

Berengarius (1125) primus est qui Mariam vocat Matrem Ecclesiae, quia notat "eum peperit qui est caput Ecclesiae"; sed subito addit quod "filia sit Ecclesiae, quia maximum membrum est Ecclesiae". Idem affirmat initio S. XIII Monachus quidam cisterciensis angulus, iisdem fere verbis. Et hi duo testes soli usque nunc, eo tempore, manent.

Inter Romanos vero Pontifices perperam videtur citari Benedictus XIV, ita ut primus revera sit Leo XIII qui in Encyclicis Litteris "Adiutricem populi" (5 sept. 1895) scripsit: "Verissime quidem Mater Ecclesiae atque magistra et regina apostolorum". Quo genere litterario loquatur Summus Pontifex, facile eruitur ex eo quod simul dicat: "verissime... magistra apostolorum".

Pius X caute in "Ad diem illum" Mariam appellat Matrem membrorum Corporis mystici; dum Pius XII quid simile profert cum dicit: "Mysticum Christi corpus... materna cura... prosequuta est".

Post Leonem XIII Joanes XXIII in tribus alloquutionibus hunc titulum sine dubio adhibuit.

Tandem Summus Pontifex feliciter nos regens hoc titulo non semel usus est; sed praecipue in oratione qua conclusit anno elapso sessionem conciliarem (die 4 decembris) et in oratione habita in Sancta Maria Maggiore die 11 octobris. Uti par est extus crisi subiciendi sunt, cuius summa haec est: Summus Pontifex tria puncta principaliter Patribus et mundo intendit inculcare: integrationem Mariae in Ecclesia, superioritatem Mariae supra caetera membra Ecclesiae, unanimi conciliarem in doctrina Marii. Sed similiter desiderium manifestat "ita ut nomine 'Matris Ecclesiae' eam possimus ornare (potremo onorare)" et quod Maria ita faciat ut Ecclesia, cum se definiat, eam ut Matrem agnoscat. Conditionaliter ergo loquitur sumus Pontifex.

Tertio: Quaestio es nimis subtilis et non paucas difficultates praebet, ex.gr. a) Si Maria esset Mater Ecclesiae, cum Ecclesia sit mater nostra, Maria esset "Grand-Mère, id est, Avia, sicut dixerat Sanctus Franciscus Salesius.

b) Si Maria Mater Ecclesiae, tunc et Angelorum, quos Sanctus Thomas membra Ecclesiae considerat.

c) Si Maria Mater Ecclesiae, certe non eo sensu quod esset Mater suiipsius, nam ipsa membrum est insignissimum, sed

d) hoc innueret quod Maria non quidem supra Ecclesiam esset, sed extra Ecclesiam ut Mater extra filiam est; cum vera relatio cum Eccle-



la verdad, la caridad y la libertad como que se encarnen en la evolución acelerada y dinámica del mundo actual; como también es una exigencia de nuestra fe, para que den testimonio de la interpretación cristiana de este mundo y allanen el camino y quiten los obstáculos para la libre proclamación del Evangelio, así como también para el libre ejercicio de la vida cristiana dentro de la comunidad eclesial dispuesta por Cristo.

--- Monseñor, nos dijo Ud. en general que la política es la ciencia y el arte de procurar el bien común: ¿no nos quisiera explicar un poco más la naturaleza de la actividad política?

RESPUESTA: En primer lugar, la actividad política debe fundarse en los principios y es ocasión para los cristianos de manifestar la caridad con que el Espíritu de Dios los mueve; pero en concreto, la acción política se manifiesta en programas, en soluciones, que de ninguna manera son absolutos y que pueden ser objetos de disputa entre los mismos católicos. La acción política no busca por sí misma, sino que presupone, la afirmación de los principios y tiende más bien a la aplicación de las ideas que parecen oportunas. La ley de la actividad política es la eficacia; claro, que dentro de la ley moral; pero la eficacia le viene del conocimiento y de la aplicación de la técnica y de las leyes propias de ese arte, las cuales varían según la índole, las costumbres y la evolución de los pueblos; pero fundamentalmente tienden a formar un grupo de hombres que alcance los puestos públicos o al menos ejerza influencia parcial en la administración pública.

La acción política consiguientemente, incluye una lucha, la cual en los pueblos bien ordenados es regulada por la organización de partidos políticos, por elecciones, por el sucederse de la oposición o el poder para cada sector de la opinión pública organizado en dichos partidos políticos.

--- Pero como Ud. habla, Monseñor, de la participación de los católicos en la actividad política, ¿qué consideraciones debe tener el católico en cuenta?

RESPUESTA: Una clara noción de la distinción entre la Sociedad Civil y la Iglesia. La Sociedad Civil se funda en el orden de la creación; la Iglesia en el orden de la salvación obrada por Cristo. El fin de Sociedad Civil es procurar el bien común temporal; el bien, es decir, de todo el hombre, materia y espíritu; el fin de la Iglesia en cambio es anunciar la salvación, el designio de Dios cuyo centro es Cristo, y proporcionar los medios para alcanzar esa salvación. De este claro y nítido principio de distinción nace el principio de la colaboración de la Iglesia y de Sociedad Civil, tanto más eficaz, cuanto más firmemente se proceda de acuerdo con esa distinción.

De ahí se sigue otra distinción importantísima: a la jerarquía, que es servicio (diaconía) para la salvación, no le toca tener parte en el orden político concreto. Le toca sí, enseñar la verdad, es decir, dar normas doctrinales a cuya luz los católicos puedan procurar el bien común.

A los laicos, en cambio, cuya naturaleza es ser parte de las estructuras temporales, les toca participar en el orden político de tan manera viviendo su fe, que se llegue hasta la última encarnación de esa fe en la realidad misma histórica.

Por tanto, la Iglesia tiene que evitar constantemente la tentación insistente y siempre nueva de utilizar el poder político, y por tanto los partidos políticos, para su obra de evangelización y santificación. La experiencia nos enseña cuánto daño haya recibido la causa de la religión por haber sido descuidado en no pocas ocasiones este principio aun en América Latina. Los católicos por tanto, la jerarquía en primer lugar y los laicos, tienen que tener ante los ojos que, con el pluralismo cada vez más extendido, el uso de los partidos políticos y del poder político para lograr metas



sia videatur esse Intra, sed Supra, quia in Maria Ecclesia acquirit privilegia quae nullo modo aliis suis membris conceduntur, vel saltem non esse modo.

Quarto igitur et ultimo: Commissio Theologica optime consilio hunc titulum vitavit, cuius historia in Schemate haec fuit: "De Beata Virgine Maria, Matre Dei et Matre hominum" intitulabatur primitivum caput et evolutum schema. Inter sessiones vero primam et secundam, reimpresso schemate, mutatus est titulus sine ulla interventione Commissionis Theologicae in "De Beata Virgine Maria, Matre Ecclesiae". De hoc titulo nunquam disputabatur pro nec contra; sed totum Schema simpliciter traditum est Commissioni ut meliori quo poterit modo in caput converteret Schematis Ecclesiae. Nullo modo igitur ad servandum titulum tenebatur, nec plura alia.

Venerabiles Patres: iterum atque iterum in mentem revocemus monita sapientis consilii:

1) Non agitur nunc de nostra devotione personali erga Beatissimam Virginem Mariam; sed de perscrutando Evangelio Domini ut secundum hanc normam omnes generationes laudent eam.

2) Oecumenismus non movet nos ad occultationem veritatis; sed stimulus est ad profundiores penetrationem in Evangelio Domini, hac fiducia moti Spiritus Veritatis nos in omnem veritatem ducere posse, si docibiles efficiamur. Caveamus ne Mariam extollemus sine Scriptura, eam non signum unitatis sed divisionis confirmemus.

3) Vitaeus apprimae quaestiones de quibus concordia non sunt theologi catholici, quia apprimae Patres Conciliares concordem erimus. Intelligentia fidei et devotio potius quaeratur in profundiore penetratione altissimi mysterii, quam in vera superficiali extensione et multiplicatione variorum titularum, sicut monuerat Ercmus. Relator.